



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ  
Recentiores**

**Hay, John**

**Antverpiae, 1605**

De Residentia Ciazzvrana.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

**I**N hac Residentia ordinariè degunt duo è nostris, Pater  
& vnus frater, qui vacant instruendis Christianis ouiculis,  
paucis annis ad pastorem Christum adductis. Hoc anno  
mille confessionis sacramento suos lapsus expiarunt. In oppido  
huius Insula gentili adolescenti annorum septendecim se  
dum crebrò offerebat canis ingens, horribilis & rufus, qui  
alloquebatur, & per montes in loca abditissima deducebat, de-  
nens cum ibi biduo vel triduo, atq; impellens vt se manibus  
latis adoraret, aliaque scriptione indigna faceret. Adolescentus  
fer videns se tantas molestias à capitali humani generis hoste pe-  
peti, tandem per fugium habuit ad Ecclesiam, doctrinam Chri-  
stianam audiuit & didicit, baptismi sacramèto Christo deuotus,  
ac de cætero nunquam à Tartareo illo cane diuexatus.

## DE RESIDENTIA VOIANA.

**I**N SVLA Voiana, inter quinque, in quas tota ditio dividitur,  
vt Amacusam, Scichi, Sumoto, Ciazzura, & Voiano, omnia  
minima est: quæ quia vicinior est propugnaculo Vto, quod in-  
ter omnia Augustini Camidoni in Regno Fingano facile prin-  
cipatum obtinet, & multos Christianos habet subiectos: hinc à Pa-  
tre sapius visitetur, & semper cum fœnore nouæ conversionis  
multorum infidelium. Et quoniam in anni superioris exi-  
que etiam mense Maio anni præsentis missio eo instituta est, re-  
feremus aliqua in eorum litteris annotata. Tanto, inquit, flagu-  
bant confessionis desiderio Christiani, vt mihi nullam dormien-  
di tempus suppeteret: nam à media nocte è longinquis locis con-  
perunt venite audiendæ Missæ & confessionis faciendæ curia  
accurrebant & gentiles ad audiendam prædicationem, è quibus  
nonaginta quatuor baptizauit. Vto, post auditas cõfessiones, pro-  
fectus sum Cumanoscio, & ad propugnaculum Iabe & Iataca,  
multis enim precibus vxoris Capitanei illius ditiois eram con-  
catus. Magna eam cæterosque Christianos meo aduètu volente  
te affeci: octo dies ibi sum cõmoratus, verba habui ad Ethnicos,  
& sexaginta sex Christo lucrifeci; inter quos fuit Gubernator  
eius loci filius annorum viginti, eximia prudentia adoles-  
cens, & in rebus fidei vnà cum quatuor aliis iuuenibus eius-  
micis bene institutus. Cessit hæc missio ad magnam diuini nomi-  
nis gloriam, & Christianorum consolationem; discedere volente  
multis lachrymis obtestabantur, ne discessum accelerarem. Et  
iis, quos prima missione baptizauit, numeravi viginti duos supra